



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 7. In montem excelsum: Mundo Christus suos educit discipulis, vt illis ostendat gloriam suam, nihil enim in eo est, in quo videatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

dem videtur facere quoque allusionem ad histo-
riam, quam sacra littera nobis enarrat de San-
cta Regina Esther, pulcherrima, sed debili, vi-
ribusque infirma, vt Regis Assueti adeat presen-
tiam, tahque se sicut maiestati, proinde pe-
disse sibi a Rege concessa languida inuicaba-
tur, quz corpus vt effraictum iustinebat, sic-
que ad Regis intimum cubile pro populo rogau-
ta processit.

Talis est nostra voluntas: seipsam nequit erige-
re, vt suprema illa bona desideret, speret, diligit,
quæ Deus intimis gloriæ suæ ecclat recessibus,
indiget aula illius pedesque, cui innitatur, spei
nimirum virtute, sed sibi a Deo concessa. *In*
quo tibi spes de disti, canit David. Hæc via con-
sideratio tibi celestis gloriæ patefaciet celsitudi-
nem: cum sit voluntas nostra adeo cupida rerum,
vt quò sunt maiora illa bona, quæ sibi offeruntur,
eo avidius illa desideret, ac potius illis studeat;
hoc tamen bonum iam bonum est immensum, vt
etiam inna per fidem representatum, efficaciter
non possit appetere, nec sperare, nisi sua su-
pernaturali fortitudine virtutis spei hanc Deus
roboret voluntatem, nec illud serio vales studio
pretendere, sine doni Divini gratia particulari.
Vnde sacra docet Theologia, non esse efficax
gloriæ desiderium, quò damnati, ac demones
mouentur, quia illis deest Diuinum subsidium;
bonum tam excellens, vt ad eius possessionem,
necesse sit, Deum tibi totam suam essentiam
communicare, vt dicemus, & illud spes, ac
serio cupias, tibi mitat oportet subsidium cele-
stis, efficax, quod omnem naturæ superet or-
dinem.

**§. 7. In montem excelsum; Mundo Chri-
stus suos educit discipulos, vt illis ostendat
gloriam suam, nihil enim in eo est in quo
videatur.**

15 **S**ingulari mysterio notat Euangelista locum,
vbi Christus gloriæ suæ splendorem explica-
uit, nimirum *Montem excelsum*. Nec dicit no-
bis, quis fuerit iste mons, sed hoc solum, *In mon-
tem excelsum scorsim*. Nec ipse D. Petrus, qui
visioni huic interfuit, locum designat, hoc tantum
dicit: *Cum esset cum ipso in monte sancto*: Et
iuste quidem, si enim sanctus fuit mos ille Horeb,
vbi Moyfi Deus apparuit in flamma tibi ardentis
eumque tam sanctum voluit, vt Moyfi præcipe-
ret, illum nisi discalceatus accederet: *Locus
enim in quo stas, terra sancta est*. Aequiori iure po-
tueron. *Bapt. de Lanuza Tom. II.*

terat mons hic sanctus appellari, vbi Patet in vo-
ce apparuit, filius in corpore glorioso, Spiri-
tus S. in nube, vbi conueniunt meritis infi-
gnes Sancti Moyfes & Elias. At sensus commu-
nis sanctorum credit, montem fuisse Thabor, imo
censet D. Damascenus quod Dani-^l huius myste-
rij reuelatione eruditus Deo de hoc laudes eeci-
nerit: *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*, *Pf. 88. 13.*
Situs est hic mons in Galilea, amplus, & excelsum
valde. Iosephus docet, esse altitudine triginta sta-
diarum, tam excelsum, vt eum mare navigantes
de longe conspiciant cæteris eminentem. Anti-
quus temporibus celeberrimus habebatur, reliquis
montibus longè eminentior, vnde natum proce-
bium: *Sicut Thabor in montibus*. Inde descendit ex-
ercitus Barac vt manus contereret cum Sisara &
de eo sacra littera, vt de loco sacro, faciunt
mentionem. Modo igitur videamus, cur Deus
montem hunc cæteris ostendenda gloriæ suæ
prælegerit, nedum altum, sed separatim: An hoc
mysterium fieri non decuisset in ciuitate populo-
sa, vel serena plantie?

Multas adferunt Sancti rationes, sed ea nobis
placet, quæ est Sancti. Victoris Antiocheni, vt
que proposito nostro conueniens. Vt celestis
gloriæ quædam ostendit lineamenta discipu-
lis, videtur ees supra omnem terram eleuasse, &
de illa eduxisse: quia in terra nihil est, quod no-
bis possit exprimere huius gloriæ dignitatem:
*Montis celsitudo, quandam cum celsitudine illius ma-
iestatis cognitionem habebat*. D. Victor Antiocheni
in hunc locum. Vt intelligat ex loci celsitudine,
quò illos assumpsit, se pariet altitudine spiritus
excelsi renouandos. In hunc finem, semper voluit
Deus, electos suos ad altiora assumere præcipue
verò, quando cum hominibus acturus erat non de
legis antiquæ rigoribus, sed de legis gratia ac
dilectionis beneficijs. Educto iam populo de ser-
uitute Aegyptiaca, cum iam temporis ratio suade-
ret illi leges præscribere, ad montem Sinai acce-
dentes figunt tabernacula, *E regione montis, dixit-
que Deus Moyfi*. Dic populo, vt præparent se, des-
censurus enim sum, ac eos volo mundos & san-
ctificatos: *Dic enim tertio à scendet Dominus coram
omni plebe, super montem Sinai*. Chaldaus habet:
*Quoniam die tertio reuelabitur Dominus super
montem Sinai est, Manifestabitur gloria eius*. Ita
hoc interp. etati i Lipoman. (b hoc igatu, circis,
præcipi Dominus Moyfi, vt sanctificentur, &
tern in is figes, quò non accedant, nec homines,
nec uenta; quicumque accesserit, lapidibus
obruetur. *Tamque aduenerit dies tertius, & mane
& ecce ceperunt audiri sonitua, ac micare fulgu-*

Lib. 4. de bello Iudaic. c. 2.
Hier. 46. 18.
Iud. 4.

D. VICT.
ANTIO-
CHIN.
In hunc loc.

Exo. 19.
LIPOM.



ra, & nubes densissima aperire montem, clangorque
 bucina, veh. mentis perciperebat, & timuit popu-
 lus, qui erat in castris: Cumq; eduxisset eos Moyses
 in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad ra-
 dice[m] montis. Ipse vero montem ascendit, dixitq; ue-
 rens Moysi: D. scende, & conestare populum, ne
 foris velit transcendere terminos ad videndum Do-
 minum. Domine, non transcendent terminos: Va-
 de, curre velocis, conestare sacerdotas, ne for-
 te interficiantur. Ascendensq; tu & Aaron tecum.
 Obediunt cuncti praecepto: illis congregatis, voce
 sonora cunctis Deus promulgat decalogum: Po-
 pulus hac Dei voce perterritus, ad Moysen con-
 fugit: Loquere tu nobis, & audiemus, non loqua-
 tur nobis Dominus ne forte moriamur. Anima quio-
 res eos esse iubet Moyses, Nolite timere, ut enim
 probaret vos, venit Deus, & ut terror illius esset in
 vobis, & non peccaretis. Dedit vobis spiritum timo-
 ris, ut circumspicere attendatis cuius praecepta
 negligatis: ille enim est, qui vobis apparet tam
 terribilis, ut clarus indicant tot fulgura, tonitrua,
 nubes densissima, & ut timor illius vos a prae-
 ceptorum eius coerceret transgressione, ob hoc
 vobis apparet adeo formidandus. Erat autem lex
 illa timoris, quocirca eos timore, eius obseruan-
 tiam coustringebat. Nobis autem lex seruanda
 proponitur amoris, lex gratiae, montem igitur
 ascendit. Et quae signa? quae prodigia? Amoris:
 Bonum est nos hic esse. Ascendite, & illum in mou-
 te propriis contemplantur transfiguratum, qui
 bona offerat gloriae, quae ibi ostendit, ut atten-
 dens transgredieris. Illum Dominum qui tantis
 te beneficijs afficit, tot cumulat bonis, tantam
 promittit benignitatem, illum offendis: & confi-
 derans, quod tantus sit benefactor, frenum tuis
 inuicias cupiditatis, a peccatis te continens non
 timore p[er]nae, quae te valet castigare, sed propter
 summum illud bonum quod tibi te daturum pol-
 licetur, ad hoc subit in montem Thabor, cum
 discipulis.

Lib. 7. de
 adorat.
 in spiritu.

Ex more suo hoc facit (inquit D. Cyrill. A-
 lexand.) Deus mysteria sua revelet, ad altissimos
 montes suos assumit, ut Abraham ad sacrificium,
 Moysen ad legem, Eliam ad consolationem, &c.
 In hoc significans, negotia eius terra esse multo
 altiora. Magis adhuc congruit illa ratio, ut de re-
 bus traclat caelestibus, & splendorem ostendat
 suae gloriae, cum tota terra nihil sit, quod possit illa
 distincte declarari. Nolle desideras quid sit glo-
 ria? attolle oculos, de terra egredere, terrena om-
 nia supera. Eo plane modo agit hic Christus cum
 discipulis, quod antiquitus cum Abraham, ut in ge-

niose perpendit D. Chrysostomus. Certamen iuste
 Abraham languinolentus cum quatuor Regibus in
 Dei gloriam ac honorem, de illis agit triumphus:
 est praelio, victor regreditur, obuiam illi occurrit
 Rex Salem Melchisedech, & ut sacerdos Dei,
 panem & vinum obtulit triumphanti, mille eum
 complens benedictionibus: Melchisedech Rex Sa-
 lem, profers panem & vinum, erat enim sacerdos
 Dei altissimi, benedixit ei. Tanto accepto benefi-
 cio gratus ac humanus Rex Sodomae, quaedam
 obtulit Abraham dona non minima. Cui ille, nequa-
 quam, haec recipiam: mercedem a te non requiro
 laboris, utpote imparem, sed a Deo, in cuius obse-
 quitium id quod ego sum aggressus. Pedem refert
 Abraham, domum reuertitur, nocte Dominus illi
 apparet, Nolite timere Abraham. Ego protector tuus sum,
 & merces tua magna nimis. Eia age amicorum
 charissime cum mihi serueris, ego sum qui tibi
 pro labore mercedem & quidem magnam nimis
 impertiar. Quare Abraham: Domine, quae merces
 erit illa: Indubie magna erit, cui de manu tua pro-
 feratur, & ipse dixeris: Merces magna nimis. Manu
 apprehensum, & lecto surgentem: Eduxit eum
 foras, ad medium campi statuit, aitque: Suspice cae-
 lum & numera stellas eius. Quid hoc D[omi]ne, nihil est
 in domo Abraham pretiosum, quod ei demonstret?
 Auro abundat, argento & gemmis dives est: Erat
 Abram dives in possessione auri & argenti. An tibi
 difficile erat dicere, ex auro illo dabo tibi thesau-
 ros immensos, ex argento illo gazas infinitas, ex
 gemmis, triuco, vino &c. copias inexhaustas? Ni-
 hil erat in domo Abraham, cui poterat praemium
 comparari, quod illi Deus praeparabat in filijs nobi-
 lissimis, ac familia inelyta nimis. Domo egredia-
 tur, loco limitato, & parietibus concluso, ad alium
 qui nec parietibus, nec portis concluso, ad cam-
 pum liberum illic autem oculos quantum potest
 in altum erigat ad caelos, ad sidera q. d. Nihil est
 in terra, vbi, & in quo tibi possim eius ostendere
 simulachrum, quod tibi dandum praeparavi: Ocu-
 lis tuis egredere de mundo, & caelum conspice.
 Ita agit cum Apostolis: Magna illis addidit pra-
 mia Domine, quae haec quaeso, praemia: quae mer-
 ces? Num spes Hierusalem? num magnitudo Ca-
 pharnai, Principum in suis palatijs maestas, di-
 uitum gazae suis arcibus reclusa? Apage haec omnia:
 parum quid sit gloria nostri, nihil est in mundo,
 condignum tanto praemio simulachrum. Egredere
 de terra, leande toto orbe superiorea.

Hinc lucem accipit quod ait D. Paul. Hanc
 illi Deus singularem praestitit gratiam, ut extra
 se ita raperetur, ut nesciret num in corpore, num
 extra corpus haec fierent; Assumpsit illum ad
 terram.

tertium cœlum, beatificam illi videndam obtulit gloriam. O quantum beneficium! Modo bene, Apostole sancte, eum talem tibi Deus concesserit suorem, eius nobis vel modicum communica, dic amabo, quæ sunt ista bona? Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio) raptum huiusmodi usque ad tertium cœlum. Et audiit arcana verba quæ non licet homini loqui. Hoc nomen Verba, res significat, more loquendi sacris litteris consueto: quod vidi thesauros secretos & absconditos, thesauros Dei, monstravit mihi suam Deus gloriam, statum beatitudinis. Dic igitur nobis, qualis ille status, quæ illa gloria, quales thesauri? quid vidisti? Non licet homini loqui sunt offatui ineffabilia, desunt verba, quibus ea mortalibus, vt capiant, explicentur.

Hæc similitudine difficultas patet: quam ad rem expendit D. Greg. Nyssen, quæ probat motuorum fortem felicissimam. Si hic præsens adisset mulier vtero geminos portans, vt olim Rebecca Iacob & Esau, illi verò ratione & affectu in matris vtero potenter, ac colloquerentur. Quod si Deus alterutrum de materno vtero in mundum produceret, & vel vnicæ vice mundum perambularet, eique cœlum, stellas, solem splendentes in meridie, lunam noctu fulgentem fontes recentes, agros floribus vermiculatos, arbores fructibus inclinatæ, aues cantibus modulantes &c. ostenderet, & demum in matris ventrem, vixie eductus fuerat, reuerteretur: quam hæretic suspensus, quam attonitus? Si ab eo frater quæreret verius: Dic mihi, o dilectissime frater: vbi fuisti, quid vidisti? quid rerum est in illo mundo, quod te Deus deduxit, cum illum videris, & tibi cuncta eius pulcherrima demonstrarit, quid illi responderet? Mi charissime frater, quæ ratione tibi hoc explicabo? Tu aliud nihil nosti præter id quod aëro, obscuro, ac horrido cubiculo illo materni sinus comprehenditur in quo captiui detinemur, vbi omnia sunt tenebræ, sanguis, sordes, secundæ, quæ verò vidi, tam sunt his dissimilia, vt nullus superfit modus quo tibi hæc manifestem & ea tu distinctè cognoscas. Erat autem D. Paulus in hoc mundo vt ceteri homines, tamquam in naturæ sinu conclusus, hoc enim sic ab illo prænotatur: *Omni creatura ingensit & parturit.* Parit hic mundus homines: hic ad gloriam æternamque vitam concipiuntur, et simulque hoc ventre conclusi, donec partus hora illuxerit, mortis, inquam, per quam ad alteram vitam renascamur. Assumpsit Deus D. Paulum, ventre illo eduxit, & ad beatitudinis vitam extulit sem-

piternam. In Paradisum. Ibi diuina secreta, suprema illi ostendit bona: *Arcana verba*, reuertitur in hunc mundum. Dic nobis charissime frater. Apostole sanctissime, quid vidisti? Non licet homini loqui. Talia non sunt, quæ possim misero mortali, ignaro homini loqui, qui hoc angusto concluditur cubiculo, vbi quidquid est, corruptioni subiacet, mutabilitati, temporari, omnia sunt vilia, qui præter hæc, nihil aliud vidit, quomodo capiet hæc bona immensa, infinita, tanti valoris? Ea vobis explicare meas excedit facultates; quia, *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus, qui diligunt illum.* Cælum similem sibi proponit Diuus Gregorius vt huius gloriæ declaret ineffabilem dignitatem. *Si prægna mulier mittatur in carcerem, & quæ tibi pariat puerum, qui natus in carcere nutriatur, & crescat, cui si fortasse mater, quæ eum genuit, solem, lunam, stellas, montes, campos, & volantes aues, currentes equos nominet, & ille nihil aliud quam tenebras carceris sciat. Quæ ratione hæc ei mater reddet manifesta, vt capiat, quæ sibi matre proponuntur?*

6. 8. Admirandam facit Apostolus gradationem de oculis, auribus, & corde, vt huius gloria declaret magnitudinem.

Ratio est subtilis, & gradatio ingeniosa, quàm his verbis, oculis, auribus, & corde proponit D. Paulus: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Attende primò rationem hanc fundari in bona philosophia. Nihil potest intellectus capere, nec alicuius rei formare conceptum, nisi prius illud aut viderit, aut audierit, aut imaginatione conceperit: sicut & in domo vestra, nullus interius cubiculum ingreditur, nisi per portam aliquam, aut fenestram ex eis quæ foris patent. Hoc fundamentum in hac materia statuit Aristoteles, hæc propositione: *Nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu.* Bona hæc talia sunt, vt ea: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderit.* Quæ igitur ratione ea intellexeris, an tibi poterunt explicari? Secundo: perpende gradationem planè philosophiam, ab Apostolo propositam: oculi, aures, & cor. En portas vniuersales, per quas res longè distitas percipis: alios quippe sensus obfactus, gustus, & tactus, non est cur hic adducat, illi enim objecta tantum recipiunt corruptibilia, & pro-